

QUAESTIO VI.

Ad quas processiones tenentur Regulares accedere.

SUMMARIUM.

- 26 Religiosi tenentur accedere ad processiones communes vocati ab Episcopo.
 - 27 Ad quas processiones tenentur Regulares accedere.
 - 28 Ex declaratione Cardinalium non tenentur accedere ad processionem, quae fit in octava corporis Christi.
 - 29 Clemens VIII. concessit Patribus S. Eloy, ut da nullas processiones tenentur accedere, nisi ad illas quinque assignatas.
 - 30 Archiepiscopus Olyssipponensis voluit obligare Religiosos ad processiones litaniarum, & praedicto privilegio se munierat, & Archiepiscopus quievit.
26. Religiosi etiam exempti tenentur vocati accedere ad processiones publicas & consuetas, ac indicatas pro bono communi, illiusque honore, ut communiter resolvunt Rodrig. Franciscus Leo, Ugolin, ac multi alii, quos citat, ac sequitur Barbosa in collect. Concilii Trident. sess. 25. cap. 13. ad Regul. quod magis particulariter explicemus.
27. Compelli possunt Regulares ab Ordinario accedere ad processiones in festo Corporis Christi, in Litanis, quae fiunt ante Ascensionem, non tamen in his, quae fiunt in die sancti Marci, ut ex declaratione Cardinal. tenentur. Belasius verb. Processio, n. 6. Moronius resp. 12. num. 16. & etiam in jubilais, ut habet Peirinus ad Constit. 7. Pii V. §. 29. num. 25. & etiam in processionibus, quae pro bono pacis Ecclesiae, vel pro victoria contra infideles fiunt, Pius V. in Bulla Eri Mendicantium apud Peirin, ibid. Idem dicendum est de processione, quae fit pro peste, vel alio grandi malo, non tamen pro processione, pro Synodo celebranda, ut resolvit Bordonius tom. 2. Resol. 68. num. 46. Bene tamen ad eam, quae fit in adventu novi Episcopi, ut tenet Barbosa de potestate Episcopi, allegat. 68. num. 2. vel in adventu Legati à latere, Rodrig. tom. 3. quest. 36. art. 1. Et tandem ad omnes processiones, quae ex antiqua consuetudine Regni, Provinciae, ac Diocesis celebrantur, ut tenent Moronius resp. 12. v. 16. Erasmus à Cochier, de Jurisdictione Ordinaria in exemptos part. 2. quest. 45. num. 109.
28. Tamen Regulares non possunt compelli ad processiones, quae fiunt in octava corporis Christi, sic declaratum est à Sacra Congregat. die 9. Decembr. 1637. & sic habet Sacra Regularium Congregatio, respondet Regulares supradictos non teneri in casu proposito accedere ad processionem Sanctissimi Sacramenti, nisi in die solemnitatis corporis Christi, nullo modo posse cogi in octava, & ita servari mandavit. Ita M. Lezana tom. 4. quest. Regular. verb. Processio quoad Regulares num. 11. & 12. ex ultima editione Venetiis unde non audiendus est machado tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. document. 6. num. 2. contrarium affirmans, nec

contra nos aliquid docent Auctores, quod ipse citat, ut legenti parebit.

Hic maxime notandum, & advertendum est quod Clemens VIII. Patribus Sancti Clem. VIII. Joannis Evangelistae, vulgo Patribus S. Eloy Patres ut habetur in suo libro, cujus titulus est liber Privilegiorum Patribus S. Eloy in 2. parte ex impressione Romana fol. 13. Clemens VIII. eis concessit, ut ad nullas processiones accedere tenerentur, nisi ad illas juxta Decretum Concilii Tridentini, scilicet, pro festo corporis Christi pro electione Summi Pontificis ac ejus salute, pro peste, fame, & bello, & quod ad nullas alias accedere teneantur, quae concessio magni ponderis est, explicat Decretum Concilii Tridentini.

In Lusitania Religiosi non solent accedere ad processiones Litaniarum, cum esset Archiepiscopus Olyssipponensis Illustrissimus Dominus Alphonsus Furtado de Mendoga voluit compellere Regulares, ut ad processionem S. Marci, seu Litaniam majoris accederent, & inde Religiosi etiam mendicantes se praedicto privilegio praedictorum Patrum S. Eloy munierunt, quod ad talem processionem non tenebantur, & re satis agitata Illustriss. Dom. Archiepiscopus quievit, & ultra non processit.

QUAESTIO VII.

An Regulares possint facere processiones extra proprium Conventum?

SUMMARIUM.

- 31 Aliqui dicunt Regulares posse facere processiones extra conventum sine licentia Episcopi.
 - 32 Opposita sententia, & negativa est vera.
 - 33 Quod intelligitur, nisi deur consuetudo in contrarium, ut datur in portugallia.
- Affirmat Grassis consil. 20. de Regularibus ex cap. sicut antiquitus 17. quest. 4. licere Regularibus per triginta passus extra ambitum proprii monasterii facere processiones, eandem sententiam tenent machado tom. 2. summa lib. 4. part. 6. tract. 10. documento 6. n. 3. & probabilem judicat Pellizar, tom. 1. tract. 5. cap. 11. quest. 16. n. 25.
- Opposita sententia, & negativa est omnino vera, & pro ea multas afferunt Cardinalium declarationes Barbosa de potestate Episcopi. Allegat. 78. M. Lezana tom. 1. Reg. cap. 12. num. 41. & tom. 4. verb. processio quoad Regul. num. 8. & 9. Zerola in praxi Episcopi. verb. Processio part. 1. verb. Processio. num. 4. Diana part. 3. tract. 2. Resol. 77. Et ratio est, quia nemo potest instruere processiones in territorio alieno, sed tantum in suo, in quo habet jurisdictionem: atqui Religiosi solum habent jurisdictionem in suo territorio, & non alieno, ut probat Campanel, de diversorio juris Rubric. 12. c. 13. num. 118. ex Zabarella, & aliis, Illud verò cap. Autem sicut antiquitus, quod citant Grassis, & machado solum determinat, quod Ecclesiae omnes gaudeant privilegio immunitatis per

per triginta, aut quadraginta passus, ex quo minime sequitur, quod jurisdictione conventus Regularis extendatur ad tale spatium, cum potius Abbas, seu Prioris territorium tantum dicatur Conventus seu Monasterium.

Hoc autem intelligitur nisi ad consuetudo in contrarium, quia stante bene possunt Regulares in illa perseverare, ac continuare, pro quo duas declarationes factas à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium affert M. Lezana tom. 4. Regul. verb. Processio quoad Regul. n. 8. una edita est die 18. Maii 1640. altera 14. Februarii 1642. quibus declaratur Regulares habentes consuetudinem faciendi processiones extra proprium ambitum posse illas continuare. Et Portel, in dubiis Regular. verb. Process. num. 8. testatur quod in Portugallia Regulares nulla petita licentia frequenter faciunt processiones, pro pluvia, serenitate, ac aliis similibus, in quo maxime laudantur ab Episcopo, & in omnibus nostris conventibus in hoc Regno Portugalliae frequenter magno populi concursu fiunt processiones Beatissimae Virg. Mariae de Monte Carmelo.

QUAESTIO VIII.

De praecedentia inter clericos, ac Religiosos, & de ipsismet Religiosis inter se.

SUMMARIUM.

- 34 Clerici praecedentiam habent supra ceteros Religiosos, & clerici quomodo habeant praecedentiam inter se.
 - 35 Canonici Regulares praecedunt Monachos.
 - 36 Post Monachos mendicantes, & mendicantes praecedunt non mendicantes.
 - 37 Carmelita habent praecedentiam super Fratres B. Virg. de Mercede.
 - 38 Inter Fratres mendicantes Dominicani habent praecedentiam.
 - 39 Quoad alios mendicantes observanda est bulla Gregorii XIII. de praesentia in loco.
 - 40 Clemens VIII. Solum derogavit praedictam bullam quoad Dominicanos.
 - 41 In ceteris bulla Gregorii est observanda, qua agit de Mendicantibus, & n. 42.
 - 42 Sacra Congregatio determinavit, ut in praecedentia haberetur ordo, sicut in Romana curia.
- Certum est, & conveniunt omnes, quod Clerici debent praecedere ceteros Regulares, ut declaravit Pius IV. in sua constitutione in ordine 75. & rationis argumentum fundatur in ordine litterarum. Nam in titulo, Ne Clerici, vel Monachi primo loco ponantur Clerici, secundo verò Monachi ut observat Lean. tom. 8. tract. 6. quest. 23. ergo in processionibus priori loco ponendi sunt Clerici, & postea Religiosi. Inter clericos verò priori loco constituti sunt Canonici Ecclesiarum cathedralium, in secundo Canonici Ec-

clesiarum collegiatarum, in tertio alii clerici simplicium Ecclesiarum, in quarto Canonici Regulares Sancti Augustini, in quinto Regulares secundum antiquitatem suorum ordinum, seu privilegia, praescriptam consuetudinem, aut existentiam, seu prioritatem in loco.

Et hoc magis explicetur. Canonici Regulares habent praecedentiam super Monachos nigras, ut determinat Pius IV. in Bulla sedes Apostolica anno 1564. ut notat Navarr. tom. 4. Regular. à n. 4. Tamburin. tom. de jure Abbat. disputatione 25. quest. 1. Deinde inter ipsos Monachos praecedentia debetur Coelestinis supra Olivetanos, ex declaratione Sacrae Congregationis, & determinatione Rotae apud Novarium praecedentia num. 15. de quo etiam Novar. Tamburin. verb. citat. num. 7. & Barbosa statim Barbosa citandus.

Denique post Monachos praecedentiam habent mendicantes, ut notant Novarius citatus num. 11. & Tamburin. citatus quest. 8. num. 2. Deinde mendicantes praecedentiam habent supra non mendicantes, ut constat ex usu, ac consuetudine Ecclesiae, pluribusque sedis Apostolicae quoad hoc declarationibus, ut testatur M. Lezana tom. 4. verb. praecedentia num. 7. Sunt enim mendicantes coadjutores Episcoporum, ac proinde alios praecedere habent, etsi Clerici praecedant Regulares ex ordine litterarum, ut notavi initio hujus questionis quia in titulo dicitur Clerici, & Monachi, 3. primo nominantur clerici, deinde Monachi, sic etiam in omnibus constitutionibus Apostolicis, primo nominantur Mendicantes, deinde non Mendicantes, ut patebit consideranti ipsas Constitutiones Apostolicas, infra apponam Constitutionem Clementis VIII. ergo cum primo nominantur Mendicantes praecedentiam habent supra non Mendicantes.

Et Patres Carmelitani habent praecedentiam supra Fratres B. Virg. de Mercede, ut causa, controversa determinatum est Decisione Rotae die 10. Martii anno 1600. de qua recitat Decretum Sacrae Congregat. eodem anno die 27. Aprilis, quod totum confirmavit Clemens VIII. in bulla quadam, & incipit: Decet Romanum, habetur in 3. tomo Bullar. & de hoc faciunt mentionem Tambur. citatus, Tambr. Barbosa de jure Ecclesiastico, lib. 1. c. 41. n. 187. Novar. citat. n. 9. & 10. & Lezana cit. n. 7.

Inter mendicantes, Fratres sancti Dominici praecedentiam habent super quoscumque Religiosos aliorum Ordinum mendicantium, ut determinavit, ac praecipit Pius V. in sua bulla: Divina disponente in ordine 71. & pro ratione declarationis hanc apponit summus pontifex, quia ordo sancti Dominici, praeter aliis Fratrum Mendicantium ordinibus à Sede Apostolica primo approbatus, & confirmatus fuerit. Quod etiam maxime confirmavit, ac corroboravit Clemens VIII. in sua Constitutione in ordine 13. Incipit inter cetera.

Quoad alios Mendicantes observanda est bulla Gregorii XIII. que est 82. in ordine, & incipit: Exposuit Pastoralis, die 15. Julii anno 1583. refertur tom. 2. Laertii & apud Naldum, Quarantam, Confertum, verb. Praecedentia. Et inter cetera determinat ibi Pontifex

lex: Ita ut si contigerit nova monasteria, aut domum alicujus Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dilectis Mendicantibus monasteria, aut domus prius erecta, aut instituta sint, ille ordo qui prius monasterium, seu domum in loco habuerit, precedat. Quae Constitutio Gregorii est in usu, ac praxi, & sua viridi observantia, ut probant ex multis declarationibus Cardin. Barbosa de jure Ecclesiastico lib. 1. c. 43, n. 182. & 183. Novar. verb. Præcedentia, num. 13. & quod magis est Urbanus VII. litteris datis in forma Brevis die 18. Decembris anno 1637. apud Peirinum in additam. ad Constit. 17. approbat determinationes sacre Congregationis juxta Constitutionem Gregorii XIII. & esse in sua viridi observantia docent communiter præter Barbosam, & Novarinum citatum Tamburin. de jure Abbatum, tom. 1. disp. 15. q. 8. Lezana verb. Præcedent. tom. 4. n. 6. Pellizar. tom. 2. tract. 8. cap. 6. n. 207. ceteri Capucin. Naldus.

Barbosa. Novar. Peirin. Tambur. Lezana. Pellizar. Capuc.

40. Clem. VIII.

Et solum Clemens VIII. prædictam Constitutionem derogavit quoad Fratres Dominicanos, ut quamvis ipsi post alios ædificaverint in aliquo loco habeant tamen ipsi præcedentiam. Ita ait Clemens in sua citata Constitutione. *Itant dilecti Fratres sancti Dominici immediate post dictos (scilicet Monachos) subsequantur, post quos omnes alios Regulares, tam mendicantes, quam non mendicantes, cujuscumque Ordinis, vel Religionis existant, incedent, & subsequantur, etiamsi Ecclesia, Capella, Conventus, Domus, & loca Regularia dictorum Fratrum Prædicatorum in locis prædictis, primo instituta, & fundata non fuerint, prout nos de facto id observare volumus, & precipimus.*

41.

In reliquis Constitutione Gregorii est integra in tota sua observantia, itant cum Fratres S. Francisci de observantia, antiquiores sint, quam Fratres Tertiarii, tamen si isti in loco Monasterium, seu Conventum obtinuerunt erga illos cessat præcedentia Fratrum de observantia; ita multoties resolutum esse à sacra Congregatione tenet Novar. Lucerna Regul. verb. Præcedentia num. 13.

Novar.

42. Greg. XIII.

Juxta hanc constitutionem Gregorii maxime notandum, quod illa agit de mendicantibus, quia ut jam supra dictum est, mendicantes juxta multas declarationes Apostolicas habent præcedentiam supra Religiones non mendicantes. Inde Gregorius Papa ad tollendam omnem controversiam declarat, ac determinat, qualiter Mendicantes se debeant habere inter se;

43.

Nota etiam, quod ad omnem controversiam amovendam, Sacra Congregatio Episcoporum, ac Regularium decrevit, ac determinavit die 26. Augusti 1593. quod præcedentia tam in processibus, quam in cæteris actibus publicis teneretur, ac heberetur, ut observatur in Alma Urbe Romana, omnium Magistræ, quam declarationem supra scriptam Congregationis Dominus Cardinalis Alexandrinus retulit sanctissimo Dom. Clementi VIII. die 30. Augusti 1593. quæ ei maxime placuit, & approbavit ordinem, præcedentia, quem in processione habent sacre Religiones, scribit, & refert ex testimonio authentico, M. Lezana tom. 4. Regular. verb. Præcedentia, num. 6. post. medium.

M. Lezana.

Lezana, verbo præcedentia num. 7. ait 44. Mendicantes autem præcedentiam habere super Lezana. non Mendicantes constat ex usu, & consuetudine Ecclesie, pluribusque sedis Apostolicæ quoad hoc declarationibus. Jacobus Pignatellus Pignar. à Sanct. Thoma, utriusque juris doctor, in Canonis consultationibus, consultat. 137. numer. 1. ait præcedentiam sumendam esse ex antiquitate. Ita declaratum fuit à Gregorio XIII. in lite orta super præcedentiam in Castro Villarii inter Prædicatores, & Franciscanos, jussit attendendam esse antiquitatem loci, & ita etiam respondit Sacra Congregatio scilicet PP. Prædicatores habere, præcedentiam in locis, ubi habent usum, & sunt, quasi in possessione, alias minime; ita etiam 8. Junii 1618. & 23. Septembris 1624. & 6. die ejusdem mensis 1625.



RESOLUTIO XLVIII.

De Sepulturis.

QUESTIO PRIMA.

An qui inveniuntur mortui in Campo veluti duelli, valeant excusari, ut admittantur ad sepulturam Ecclesiasticam?

SUMMARIUM.

- 1 Casus præsens hujus questionis.
2 In dubio quilibet præsumitur bonus.
3 Mortuus non condemnandus nisi ex evidenti & plena probatione.
4 Poena duelli non confurgit nisi ex pacto eorum dicto, ac composito.
5 Isti duo poterant convenire ad illum Campum, ut mutuo inter se convenirent, ac pactum inveniuntur amicitia.
6 Isti poterant convenire ad illum locum, & postea furore ira accensurati sunt.
7 Poterant inter se rixare ad ostendam dexteritatem suam, ac suam fortitudinem.
8 Ut priventur Ecclesiastica sepultura requiritur sententia judicis.

Casus contigit, duo viri nobiles, qui habebant inter se magnas rixas, & controversias in quodam campo semoto ab urbe, strictis gladiis, inventi sunt mortui. Quæsitum fuit à me an essent sepeliendi in loco sacro, pro illisque Missæ sacrificium offerendum.

Respondeo affirmativè. Primò ex communi proloquio in dubio quilibet præsumitur bonus, l. Merito ff. pro socio, l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. cap. unico de scrutin. in ordine faciendi, cap. dudum, & cap. de præsumpt. Ibi Doctores communiter, unde dubium semper in meliorem partem est exponendum, per quam delictum evitetur Bartol. §. sed ut probari, ff. de oper. non. Nunc per Baldum in l. precibus columna secunda vers. Baldus. Scias

L. Merito

Scias cod. de impuber. & multis aliis apud Mascardum de probat. volum. 3. concl. 1174.

3.

Et hoc maxime procedit quoad mortuos, qui sunt persona miserabiles, & inter personas miserabiles miserabiles; quia non possunt pro se loqui, nec se defendere, & idèd sunt sub Ecclesiæ protectione, cap. Super quibusdam in fin. de verbor. significat. Et ideo judex ex suo officio tenetur defendere, & ad eorum condemnationem non sufficit qualibet suspicio, sed requiritur plena, & exacta probatio; nam quamvis Ecclesiæ valeat procedere contra memoriam heretici defuncti, tamen ad hoc exigitur valde plena, & clara probatio, quod longa serie probat Farinacius de hæreticis q. 197. num. 103. & probat Catena de officio sancti. Inquisitionis. part. 2. tit. 19. §. 5. c. 9. ex ipso Farinacio, Symanch. & aliis.

Farinac. Catena.

Symanch.

4.

Isti duo viri, cum inventi sunt mortui in illo campo, non constat quòd tenderunt ad illum animo, & pacto ad faciendum duellum, quod requiritur ad contrahendas pœnas impositas duello, ut priventur sepultura Ecclesiastica; & consequenter cæteris suffragiis Ecclesiæ; nam duellum juxta Constitutionem Gregorii XII. & Clementis VIII. constituit in pugna orta ex condito, & composito, scilicet pacto, quod in præsentem non probatur, ideo homines de tali crimine non sunt habendi tanquam rei; nam delictum in dubio non præsumitur, sed potius tunc supponitur abesse delictum, ut patet ex locis juris citatis, & l. Prator, §. docere, ff. de vi honor. rapt. cap. Estote de reg. juris Decretal. & ibi communiter Doctores Flamin. Paris. de respo. benefic. lib. 13. quest. 1. n. 72. & lib. 14. quest. 7. n. 55. & alii.

Greg. XIII. Clem. VIII.

Flamin.

5.

Secundò, isti duo rixantes fieri poterat, ut ad illum locum convenirent animo non rixandi, ac debellandi, sed petendi, & dandi mutuam satisfactionem, ac ut quilibet suam causam tueretur, ceteri postea rixati sunt, non incidunt in pœnas duelli, quia eo animo ad illum locum non convenerunt, ut tenent Lucius Florus tract. de duello, cap. 6. §. 2. Filiacius tract. 15. cap. 5. q. 5. num. 107. Naldus in summa verb. Duellum, n. 2. Barbosa in collectanea Doctor ad Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. reform. §. nonò queritur. Diana part. 3. tract. 6. Resolut. 1. §. mater. & alios citat.

Florus. Filiacius. Naldus. Barbosa.

Diana.

6.

Tertiò, & magis confirmatur superior ratio; Quia qui calore iracundiæ accensi, ac commoti, incontinenti ad locum duelli accedunt, ibique dimicant, à pœnis duelli excusantur Ita Flavius Cherubin. in Bulla Pontific. 10. 3. Pontific. 11. Clementina 8. in schol. & ibi citat Ludovic. Lucensem, Farinac. & Tuschum; Barbosa citatus in collectanea num. 10. Diana citato loco, §. Dico undecimò. Et insuper citat Joannem Franciscum Riccium, & Grassia, M. Lezana in Consult. consult. 49. n. 11. Quod fortius militat in præsentem casu, quia non constat, quòd animo dimicandi convenerint ad illum locum, fortè alio animo ad locum convenerunt, deinde ex alia occasione furore accensi rixati sunt.

Cherubin. Lucens. Farinac. Tuschus. Barbosa. Lezana. Diana.

Franciscus Riccius.

7.

Quartò, qui provocat ad duellum alterum, non animo pugnandi, sed ut se ostendat fortis & armosus, & maxime dexter in exercitio armorum cum bona securitate facta nul-

lum inferendi nocumentum, non incidit in pœnas duelli, ut docent Naldus citatus, n. 2. Filiacius, Diana, quos citat, ac sequitur M. Naldus. Lezana tom. 3. verb. Duellum, n. 17. de quo latè Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 2. Lezana. dub. 13. n. 22. Et unde constat, quòd isti duo Trullencha non tali animo accederent, & postea casu, ac præter intentionem se occiderent.

8.

Deinde maxime notandum juxta Extravag. Martini V. Ad evitanda, nullus in foro exteriori excepto notorio percussore Clerici reputandus, ut excommunicatus, ac privatus ab officiis Divinis sive sententia judicis, & idèd ut docent Stephanus Bannius in Theologia Morali, disp. 3. tract. 2. quest. 19. Castro Palaus tom. 1. tract. 6. disput. 5. punct. 7. Diana part. 7. tract. 11. Resol. 44. quòd ut duellans occisus careat Ecclesiastica sepultura necessaria est declaratio criminis à iudice facta, saltem quando delictum non est multum notorium. Deinde illud, quod colligitur ex illa citata Extravagante, ad evitanda, est tantum de peccatore notorio, quia tergiversatione excusari potest, hic autem in præsentem sunt multæ rationes, quæ delictum excusare possunt; ut patet ex dictis; ergo nihil obstat, ob quod Ecclesiastica sepultura sint privandi.

Martin. V.

Bannius. Palaus.

Diana.

QUESTIO II.

An qui moritur ex vulnere accepto in duello sit privandus Ecclesiastica sepultura, sicut et illi, qui inveniuntur mortui in actu de se peccaminoso, & inde multi casus resolvuntur?

SUMMARIUM.

- 9 Notorii peccatores privantur sepultura Ecclesiastica.
10 Dicunt multi, quod ille qui moritur sequenti die ex vulnere accepto in duello, sit privandus sepultura Ecclesiastica.
11 Opposita sententia a nobis vera, & certa.
12 Nec contra hoc faciunt Tridentinum, & Clementi VIII. loquuntur enim de illa, qui moritur in ipso conflictu.
13 Adulteri deprehensi in adulterio interfecisti à marito sepeliendi in loco sacro, sicut qui moritur in cornibus Taurorum, & meretricia mortua in domo amantis sui.
14 In his melior pars eligenda, & semper præsumitur in extremis, quod homo agit de sua salute aeterna.
15 Idem dicendum, quando homo clausus invenitur laqueo suspensus vel in puteum demersus.

Peccatores mortaliter notorios privandos esse sacra sepultura, habetur ex Can. quibus, & sequentibus 1. quest. 2. & docet Glossa in cap. Quia de usuris, Abbas in cap. ex part. 1. in fine de sepulturis, & cap. Fures de furtis, Paludanus in 4. dist. 18. quest. 18. art. 1. §. quantum ad 4. concl. 5. Sylvester. verb. Sepultura, quest. 9. dist. 7. Sà in summa, num. 3. Layman lib. 3.

9.

Glossa.

Paludanus. Sylvest.

Sà Layman lib. 3.